



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in  
co[n]uentu Noremburgensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,  
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab  
eodem legato|| ...**

**Hadrian <VI., Papst>**

**Noremburgæ, 1523**

**VD16 K 320**

Impressum

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

**Q**UA HAEC EST Annatarum extorsio, quæ olim  
in Concilio Constantiensi, sed ad certum tempus  
tantum instituta est, vt illius p̄solutione infideli-  
bus resisti posset; verum ex eo tempore plusq̄ in-  
duplo creuit, ita vt vbi tum centum persoluti sunt floreni,  
iam ad minus ducentum persoluantur necesse ē; demptis  
tamen officiorum grauaminib⁹, quæ etiam quotidie excre-  
scunt. Adde nūc Preposituras, Reservatas, Gratias, Dispē-  
sationes omnimodas, Indulta, Bullas, Indulgentias, Abso-  
lutiones, litium expensas, officiorum venditiones, ne dica-  
mus beneficiorum, quæ etiam mercatoribus impignorantur,  
et vniuersam demum malorum lernam, quam huma-  
na auaricia & nequitia excogitare potuit. Nihil em̄ omis-  
sum est ad emungendum pecuniam conferens. Quapro-  
pter potius admiratione dignum esset, quæadmodum tot  
annis, tantus thesaurus a Pontificibus dilapidari potuit,  
q̄ quo pacto Christiani tot tantasq̄ fraudes & exactiones  
tolerare valuerint, Sed vt in prouerbio est, Male parta ma-  
le dilabunt. Hoc certe constat Pontificis nomine ostensum  
esse, Romanā sedem adeo depauperatam esse, vt Turcarū  
viribus resisti possit minime. Id si verū est, cōmiseratione  
non indignum existit; si minus, certe laudem non mere-  
tur; tantas opes p̄dici in malos & p̄phanos vsus p̄fusas,  
q̄ ad Dei laudem & Christianitatis defensionē reseruatæ es-  
se, sed ita forsitan peccata nostra exagunt, De⁹ misereatur  
nostri. Amen.

Paulus.

Fratres, iam tempus est nos a fomno surgere.

*Co. leg. ... 1596.*  
Litera H, col, v, linea decima, loco putas, repone putes. Cē-  
tera vero boni æquiq̄ consulito

*A F B*  
NoreMBERGÆ, apud Fœdericum Peyp⁹, Anno M, D, xxiiij.